

28

Deus dulcissime desiderio meo copiose satisfecisti
de preparatione ad celebrandum. et de attentione habenda
in ea atque de gratiarum actione postea exsoluenda
me taliter instruendo. Veritatem precor humiliter
plenius informari de qualitate deuotionis et actuali
attentione eleuationeque mentis in celebratione
habenda. Et an necesse sit sensibilem ac sensibilibus
dulcem habere deuotionem. ad quam interdum indispo-
situm et quasi impotentem meipsum inuenio.
Veritas. De hoc te erudire non desinam. Nichilominus
primo breuiter tibi tangam quatuor ante celebra-
tionem consideranda. Ad quae quedam alia referuntur.
que a quibusdam ponuntur. **D**e quatuor principaliter
attendendis ante celebrationem. Articulus. 16. **V**eritas.
In omni oblatione et sacrificio consideranda sunt
quatuor utpote. quis. quid cui. quare. Tu ergo
antequam celebres imprimis attende te ipsum quis et
qualis sis qui celebrare proponis. conscientiam discute.
et ante confessionem examina qualiter habeas te in actibus.
quantum et qualiter in cibo et potu ac somno. In verbis.
in cogitationibus. in appetendo. in operando excessis.
sint in custodia sensuum. in persoluedo diuini officium.
in vanis suspitionibus. in temerariis iudiciis. An aliquem
scandalizasti. aut illicite offendisti. An motus passionum
debite refrenasti. an iuxta tue exigentiam uocationis
preferis. an tempus fructuose expendes que a gratia
omnium bona. quae per ultimam confessionem